



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

Arti. iij. Resoluit octo dubia circa circumstantias [et] alia exteriora ad
missam occurrentia [et] necessaria

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

- Sol.** Sic. potiori ratione q̄ vestes speciales. p̄pter corpus & sanguinē christi. vt decenter & reuerenter ibi possint collocari.
- Dubiū** **ij** **Sol.** Quot & que sunt huiusmodi vasa.
- iiij** **Sol.** Talia vasa sunt duo. scilicet calix & patena que necessarie requiruntur ad missę celebratōnem.
- iii** **Sol.** De qua materia debeant esse ista vasa.
- Sol.** Hec vasa debent esse de auro vel argento nisi paupertas obstet. In quo casu sufficit q̄ sint de stanno
- iiij** **Sol.** Utrum requiratur q̄ talia vasa sint consecrata
- Sol.** Sic. fortiori rōne q̄ vestes p̄pter causam superius expressam.
- Arti. iij.** **¶** Resoluit octo dubia occurrentia circa circumstantias & alia exteriora requisita in missę celebratōne
- I** **Sol.** Utrum liceat alicui sine libro missali celebrare.
- Sol.** Non licet alicui. etiam si omnia memoriter sciret. Sed debet habere librum in quo ad minus missa dicenda cum canone continetur. & hoc propter periculum erroris quod ex obliuione vel distractione contingere possit
- ij** **Sol.** Utrum liceat alicui sine igne & sine lumine candelę celebrare
- Sol.** Non licet. in lege em̄ scriptum est. Ignis in altari meo semp ar̄ debet. quod in celebratōne huius sacramenti maxime obseruandum est vbi ille immolatur tractatur & sumitur qui est candor lācis eterne. & qui venit ignem mittere in terram &c.
- iiij** **Sol.** Utrum sacerdos solus nullo p̄nte licite possit celebrare missam.
- Sol.** Nullo modo licet. sed ad minus vnus debet esse presens. qui sacerdoti celebranti ministrat. & in personā ecclesie vel totius populi sacerdoti respondeat
- Dubiū** **iiij** **Sol.** Quis conditionis & qualitat̄s debeat esse ministrans
- Sol.** Ministrans debet esse masculus & clericus. aut saltem sciens ministrare & respondere celebranti. Et si fuerint plures ministrantes debent etiam esse huiusmodi conditionis. vt notatur in capi. hoc quoq̄ de ple. dist. ij. & in glosa ibidem. vnde patet q̄ nulli femine (etiā si sanctimonialis fuerit) licitū ē ad missam ministrare.
- v** **Sol.** Quid si ministrans aliqua causa vel occasione recedat de altari dimittendo celebrantē solum. reuersus t̄m. vtrū celebrans debeat p̄cedere in missa. vel cessare donec ministrans redierit
- Sol.** Procedere debet quousq̄ aliquid occurrat in quo indigeat ministerio administrantis
- vi** **Sol.** Quid si ministrans recedens non reuertatur
- Sol.** Sacerdos celebrans necessitate cōpulsus vicem administrantis suppleat respondendo & ministrando sibi ipsi. vel alium vocet.
- vij** **Sol.** Quid de sacerdote incluso vel heremita & solitario. an sc̄z solus celebrare possit
- Sol.** Si ei nō suffraget copia ministrantis solus celebrare potest. al̄s aut nō. vt notatur in glo. circa solutōnem quarti dubij allegata.

Sextum

vii
Sol. Quid si quis omitat aliquid predictorum
Sol. Quāvis cōsecret. scienter tamē vel ex ignorantia crassa omittēs **Dubiū**
grauiter peccat. vt etiam circa superiora dictum est.

¶ **Capitulū sextū de dubijs que occurrunt in ceremonijs
consuetis z obseruandis in missa z circa eam tam in agēdis
q̄ in dicendis. tres includens articulos.**

¶ **Resoluens decem dubia q̄ oriunt̄ circa agenda z dicenda ante missam.** **Arti. i.**

I **Utrum celebraturus missam aliquid specialiter agere debeat an
te missam.**

Sol. Sic cum eīm omne quod agere intendimus per studium. conside
rationis preuenire debeamus. vt sic ad id quod agendum ē pres
paremur maxime decet z fiat circa hoc dignissimū officium. ne
quis im preparatus accedens. iudiciū sibi māducat z bibat. Pre
requitur itaq̄ debita ac sufficiens preparatio sacerdotis. qua ita
efficiatur dispositus z idoneus vt digne ad celebrandū possit ac
cedere. Vñ z scriptū est. Ante orationem p̄para animā tuā

ii **In q̄ consistat debita z sufficiens p̄paratio sacerdotis celebraturi.** **Dubiū**

Sol. Preparatio illa consistit in debita z sufficienti p̄scientie mundifica
tione z adoratione. que p̄cedunt debitā sup̄ius p̄barōem. id
est diligentē p̄scientie sue examinatōem. s̄m q̄ apostolus Corin
theos monet ita scribens. Probet autē seipsum homo.

Et ita ex toto tria in genere res
quiritur ad debitam sufficientē z
dignam preparationem. scilicet

Probatio
Purgatio conscientie
Adornatio

iii **Qualiter z in q̄bus quis seipm probare z examinare debeat**

Sol. Primo z añ omnia debet cum diligentia conscientia suam discus
tere z examinare. p̄sertim a p̄xima p̄fessione debite facta. si ne in
terea incidit in excomunicatōnem irregularitatē vel suspensio
nem. aut alid aliud huiusmodi impedimentum. Secundo
diligenter p̄spicere debet si ne interea aliqua mala precipue mort
talia comiserit. si ne aliqua bona ad que obligatur omiserit. vl' ne
gligenter p̄soluerit. Tercio. si aliqua huiusmodi inuenerit. an ex
toto corde de istis doleat. z ea p̄pter deum quem offendit detes
stetur. Quarto. an habeat firmum propositum emendandi vi
tam suam. z ab omnib; mortalib; cauendi in futurū. p̄pter deum.
Quinto. an intendat omnia confiteri anteaccessum ad celebra
tionem z iuxta arbitrium confessoris pro eis satisfacere. Sexto.
vtrum habeat rectam fidem cum debita intentione z conatu ad
debite z deuote celebrandum. Septimo. an debitam diligentia
am in discussione z examinatōne predictorum adhibuerit. Hec
diligenter animaduertant sacerdotes concubinarij. lusores cras
pulosi. ebriosi. z alij consimiles in damnabili statu videntes. pen
sentes studiose qualiter ad celebrandum accedant. z q̄ eos vltio